IV/22.

S. Incolumes quidem Bituriχas uenimus, sed non usque adeo ~~[illegible]~~ sic om-
nia nobis arrident, causam tibi et rem omnem, quid nobiscum sit
actum, Figulus exponet, qui nos à Parrhisijs huc comitatus est.
Omnia hic frigent studia, praeter ius ciuile quod ob Alciati nomen
in precio habetur. Henricus nobis relictis Argentinam institui-
iter, rationem à Figulo audies. Nos spe sola animi pendentes ui-
uimus, nam nisi quis affluat auro, nihil efficiat, nisi ~~[illegible]~~ mi-
nus aliquod oreat, ὁ γὰρ κέρματος θησαυρὸς ἐςὶ τοῖς ἀνθρώποις.
Breui ad te plura scribam, rerum meaz adhuc sum dubius. Vale
solamen unicum, nostrique ἄσυλον animi. O et praesidium, et dulce
decus uale: te animo meo solum, et suspirio, et ueneror, et amo,
neque id immerito. Matrem, sic enim uoco; praeterea Othonem,
Confardum, κἀ ὅτι τοι ἐν μεγάροισι τέτυκται, meo nomine
saluum esse iubebis. Biturigib. 14 Aprilis.

Tuus totus Conradus
Gessnerus.

Clariſſimo uiro Oſualdo
Myconio / Verbi apud
Baſilienſes Miniſtro /
patrono unico.